Handschrift



Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Sed quo michi inquit ewangelium
loco monstras prohibitum istud,
ewangelium appellasti. ad ewangelium
ibis / Si obedias ewangelio non faci
es scandalum fieri / Prohibet
enim plane ewangelium scandalum
fieri, facis autem tu amouendo
istam iuxta constitutum ecclesie
Suspectus eras. at nunc mani
feste censebere, et contemptor
ewangelii et ecclesie aduersator
Quod iudicatus fies Si pertinax
fuerit vt nec obediat ewangelio
nec ecclesie acquiescat. quid iam
tergiuersari potest / Nonne apte
nobis videtur deprehensa fraus,
comprehensa vulpes / Si non amo
uet feminam non amouet scandalum.
Si amouet scandalum cum amo
uere possit. transgressor tenetur
ewangelii / Quid factura ecclesia est.
nisi vt amoneat illum / qui non
vult amouere scandalum. ne sit
filius illi inobediens. Nam hoc man
datum habet ex ewangelio ne par
cere proprio oculo scandalizanti se,
non manui. non pedi. sed eruere
illum, abscidere ista et proicere
a se / Si inquit ecclesiam non au
dierit. sit tibi sicut ethnicus. et
publicanus / fecimus ne aliquid
puto quia fecimus / Cepimus
vulpem. quia fraude cepimus
Manifesti sunt qui latebant
falsi catholici / veri depredatores
catholice. Etenim dum mecum cap
iebas dulces cibos corpus dico
et sanguinem christi / dum in domo
dei ambulauimus cum consensu fuit
suadendi locus / ymo opportunitas
seducendi iuxta illud sapientie
Simulator ore decipit amicum
suum. Nunc autem secundum sapientiam
pauli facile / post vnam et secundam
admonicionem hereticum hominem
deuitabo. sciens quia subuersus
est / qui eiusmodi est / Ac probi
tamus prouide ne iam sit et
subuersor. Itaque non michi e
iuxta verbum sapientis. in in
sidiis suis captos esse iniquos.
illos presertim iniquos. qui in
sidiis pro armis vti cauti sunt.
Nam conflictus omnino ab hiis
et defensio perit. Vile nempe hoc
genus et rusticanum ac in lit
teris et prorsus imbelle / Denique
vulpes sunt et pusille. sed neque
illa in quibus male sentire de
tinent / defensibilia sunt. nec tam
subtilia quam suasibilia. Idque du
taxat mulierculis rusticis et y
diotis. quales utique omnes sunt
quotquot adhuc de secta hac ex
pertus sum esse / Nec enim in cun
ctis assercionibus eorum. nam multe
sunt nouum quid aut inaudi
tum audisse me recolo / sed quod
tritum est et diu ventilatum
inter antiquos hereticos. a nobis